

Universitätsbibliothek Wuppertal

Omnia Divini Platonis Opera

Plato

Venetiis, M.D.LVI

Dialogus sextus de iusto

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-254](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-254)

magna insuper & parua, leuia item & graua, nunquid magis talia quam contraria uocabuntur? Non, sed singula semper utraq; participabunt. Vtrum est magis quam non est unumquodq; multorum, id ipsum quod quis illud esse dicit? Simile hoc est ys qua in conuiuijs ad utraq; partem plerunq; dicuntur, & enigmati pueroru circa enuchum de uespertilionis percussione, quomodo & in quo illum aue arguit percussisse. Hac. n. ambigua sunt, neq; esse, neq; non esse ipsorum aliquid, neq; utraq;, neq; neutra firmiter respondere potest. Habesne qua ratione his utaris? Vel conuenientiore positionem istorum inducere potes, quam mediam inter essentiam & non esse? Neq; n. obscurior quam non ens apparebit ad hoc ut minus sit, neq; clarior quam ens, ad hoc ut sit magis. Vera loqueris. Inuenimus igitur, ut uidetur, quod multa illa qua a multis pulchra, aut alia quoquo modo existimantur, media inter omnino ens & omnino non ens uoluntur. Inuenimus plane. Confessi aut antea fueramus, quod si quid tale apparuerit, non cognitione, sed opinione percipi dicendum, & cum medium peruagetur, media comprehendenti potentia. Concessum fuit. Eos igitur qui pulchra hac multa conspiciunt, ipsum uero pulchrum non uident, neq; eum sequi possunt qui ad id perducatur, & multa contuetur iusta, ipsum aut iustum minimè, & alia similiter, eos opinari cuncta dicemus, cognoscere aut nihil eorum quod opinantur. Neesse est. Quid eos, qui ipsa quaq; contemplantur, semper eodem modo secundum eadem se habentia, non cognoscere potius quam opinari? Neesse est et hoc. Nonne amare hos & admirari ista dicemus, in quibus uersatur cognitio: illos aut, in quibus opinio? An non recordamur quod uoces & colores quosdam, & talia quadam, diximus hosce diligere & intueri: ipsum uero pulchrum quod aliquid sit non admittere? Recordamur. Quare non aberrabimus, si istos, φιλοσόφους. i. opinionis amicos, potius quam philosophos appellauerimus: quantum acriter succensebunt nobis, si ita dicamus. Non si mihi pareat. Nam ueritati irasci nefas est. Itaq; eos qui ipsam unumquodq; per se ens admirantur & diligunt, philosophos, non φιλοσόφους, uocabimus. Ita decet, inquit.

D I A L O G V S
S E X T V S D E I V S T O.
M A R S I L I I F I C I N I
A R G V M E N T.



CVM leges omnes uel optimae absq; probatissimis magistratibus mortuae sint, magistratus autem optimi uel absq; legibus scriptis ipsi sint uiae leges, merito Plato noster, quemadmodum alias exposuimus, in excellenti republica non in condendis legibus, sed in formandis magistratibus omni diligentia elaborat: atq; id quidem non solum a tenera etate, uerum etiam ab ipso factu studiosè contendit, quo ex electis senibus, continuaq; cultura ad optimam frugem perueniat. Quomam uero hos appellat custodes, custodum autem maximè proprium est prospicere atq; circumspicere, idcirco ingenium praecipue philosophicum, omnium siue controuersia perspicacissimum eligit ad humanum gregem custodiendum. Quippe cum soli huius oculo pateat boni ipsius iustitiaeq; exemplar, ad cuius imaginem bene, iuste, beatè pingenda sit ciuitas. Praeterea pertinet ad custodem esse ueridicū, liberalem, temperatū, fortem, iustum, magnanimum, mansuetum. Eadē quoq; probabit propria esse philosophi, ut deniq; concludatur custodiendi officii praeter ceteris philosopho committendum. Quāobrem eiusmodi esse naturam philosophi, primo proba-

bit: deinde quia generosa natura absq; recta cultura, & semper inutilis sit & sepius noxia, tradet excolendi huius ingenij disciplinam. Interea uero de spurio & adulterino tractat philosophi legitimum philosophum simulante. Itē de abusu quodam philosophandi. Rursus de philosophandi forma ad illum praeter ceteris perimente, qui rempublicam sit quandoq; relictus. Docet aut philosophi maximè proprium esse, perpetuū ueritatis ipsius circa res aeternas amorem. Ideoq; & amorem temporalium & mendaciam a philosopho maximè omnium alienū. Ostendit praeterea philosophi mentem in ipsa ueritatis indagatione se iungi a corpore, atque ex quadam sui cognitione diuinae menti coniungi, ac per insitas sibi ab initio formulas idearum, ideas ipsas attingere, ab eisq; ipso contactu lumen excutere, quomox facta fecundior concipiat, imo facta ualidior pariat ueritatē, id est, per ipsas suas conceptiones ideas undique congruat. Tu uero hic aduerte intelligendi actum, quemadmodum & in Symposio, generationem partumq; uocari. Quod quidem cum Christiana consuetudine theologia, ostenditq; non imaginariam tantum, uerumetiam naturalem quandam inesse menti formam atque ueritatem. Proinde ingenium eiusmodi, & raro admodum, & in paucis nasci putat, & tunc quidem multis tum conditionibus indigere, tum obiaculis impediri. Praecipue uero deprauari sermone & opinione uulgi, multoq; magis uulgi eiusdem opera. Rursus a uulgaribus praereceptoribus qui & ipsi uitam orationemq; suam uulgo quasi adulatores ac commodant, similemque tradunt auditoribus disciplinam. Et uide quam congruè Plato uulgi uasto comparat bruto. Item ciuitates omnes nauibus casu quodam relictas a nauis gubernandi profusis ignis, uirumq; peritia gubernatoria praeditum deridentibus. Nota uero optima quaeque siue naturae, siue fortunae muneris, si uel negligenter culta fuerint, in mala: uel male culta, in pessima tandem euadere. Praeterea quod interdum, quamuis admodum raro, aliquis in ciuitate male disposita, quales esse omnes indicat, uir magnus probatissimusq; appareat, id non arti, non naturae, sed diuinitati dicitur attribui. Vbi uero de Momo reprehensionis deo mentionem facit, intellige Momum esse diuinam curam prospicientem quid reprehendendum sit in singulis, si aliter quam sunt facta fuissent, ideaq; ita singula disponentem ut inire reprehendi non possint. Assignat praeterea sas quibus ortae in philosophos sint calumniae, quasi uel mali sint, uel inutiles reipublicae. Primo quidem multi quotidie ad philosophiam studium ineptissimi, tam prauo ingenio, quam paruo uulgo, non parua tamen ambitione uel auaritia philosophiam inuadunt, ac praehensant, ex eiusq; commercio opiniones procreant aduersas, ad deridendas, malis praeterea moribus facultatem dederunt philosophicam. Deinde si qui ad id studium nati sunt, uel statim educatione consuetudineq; improba deprauantur, uel si moribus integri peruerant, non tamen conuenientibus disciplinarum gradibus instruantur: uel instructi quidem, ad rempublicam non admittuntur, uel ipsi potius publicis se fluctibus immergere uolunt, certa timentes pericula, desperantesq; se posse inter homines passim corruptos sanè consilij, ciuitati prodesse. Inter haec animaduerte actiua uia procellas, contemplatiuae tranquillitatem, excelsam philosophi mentis, mortaliū contemptum, studium diuinorum, formulam quandam pro etatis gradibus doctrinarum. Omnino autem simili ratione erudit philosophum atque ciuem. neq; id quidem inuria. Asserti enim in Politico & Sophista eundem esse uirum regium & ciuem atque philosophum. Oportere uero probat in hoc concurrere duo quaedam genera rarissime in hominibus concurrentia. Naturam uidelicet ingenio acutam, contemplationi aptam, ueritatis auiditate flagrantem: uia cum natura graui, ad agendum strenua, boni publici prouida. Ingenium eiusmodi per omnes disciplinarum gradus perducit, ut patebit in septimo. Iubet quoque exerceri ciuilibus actibus, atque inter uoluptates, dolores, labores, pericula, uel aurum igne diligenter examinari atque probari, prius quam ciuitatis gubernacula sibi credantur. In primis autem ipsius boni sententiam omnium praestantissimam huic iudicat necessariam, affirmatam quemadmodum res omnes absque boni possessione inutiliter possidentur, sic rerum quoque omnium artiumq; cognitionem absque ipsius boni intelligentia esse profusum inutilem: neq; posse ciuem uel priuata uel publica ad bonum rite dirigere, nisi quid boni sit, ratione cognouerit. Etsi diuini huius boni scientia uideri Aristotelico potest superflua ad rempublicam humanis moribus gubernandam, necessaria tamen est ad hanc ipsam gubernationem, per quam Plato in superiori- bus inquit, conandū esse, ciues Deo similes amicosq; reddere. Subiicit praeterea gubernatorem circa singula bona ad bonum ipsum disponenda & excutire, & casu quodā ferri, nisi primam ipsam boni perspexerit formam, omnium exemplar causamq; bonorum. Ut aut animaduertas Aristotelem in Ethicis circa ideam boni aduersus Platonem ludere, lege Platonis uerba diligentissimè ac plane per-

species ideam boni non esse speciem hanc, aut illam, hic aut ibi, sed ipsam eminentissimam diuinitatis facunditatem, per omnia sese potenter, suauiter, salubriter propagantem. Cuius imaginem quandam in mundo visibili solem vult esse visibilem, vires suas similiter per omnia diffundentem. Verum ante hunc quem videmus solem, Plato alterum in mundo cogitat inuisibilem, imaginem dei patris primam, verumq; filium. Ideo filios dixit boni, ut super visibilem hunc imaginariūq; filium posses inuisibilem & archetypum contemplari. De hoc patre atque filio in epistola ad Hermiam legimus. De hoc Platonius Philo in libro de causis, inquit: Conandum est in primis ad ipsum ens. de quo dicitur. Ego sum qui sum, ascendere. Aut saltem ad ipsius imaginem sacratissimamq; rationem verbumq; primogenitum. Per eiusmodi rationem atque verbum fieri omnia secundū Heraclitum & Platonem, Amelius Platonius asserit, vtiurq; testi monio Iohannis euangelistae. Item in Epinomide testatur & Plato. Et quamuis Platoniorum nonnulli Dei patris filium Deum, per substantiam à patre, Ariatorum more distinguant, praesertim Iulianus in libro De sole: Iuliani tamen praceptor Iamblichus Aegyptiorum adducit mysteria, in quibus patris & filij diuersa quidem ratio, sed eadem videtur esse substantia. Sed audi mysterium. Primus Deus & vnus primi patris est dei, quem gignit in solitaria sui ipsius permanenti vnitatem. Est autem exemplar filij qui nominatur suimet filius, sui pater atque vnipater, Deus verè bonus. Ille enim fons est idearum: à quo vtiq; vno, Deus per se sufficiens, seipsum explicat in lucem. Propterea sufficiens per se nominatur suiq; pater. Est enim hic principium, Deus deorum, vnus ex vno, super essentiam omnem, principiumq; essentiae. Mysterium hoc Iamblichus testatur esse Mercurij. Quemadmodum verò ipsum bonum sit super voluptatem, & mores, & sapientiam, Plato hic significat breuiter. Super voluptatem quidem, quia si voluptas ipsa bonum ipsum esset, nulla voluptas mala esset & noxia. Item super mores, quoniam multi facti circa mores habere se putant, si mores honestos videantur habere. Quod autem iudicant verum esse bonum, non opinione quaerunt, sed re ipsa prorsus habere. Praeterea super scientiam, quia neque quolibet modo, neque quolibet scire praecipue optas, sed bene potius atque bona. Alioquin scientiam, aut res ipsas, aut negligis. Neque dicas ipsum bonum esse boni scientiam, ne per idem stultè definias idem. Rursus super intellectum. hic enim asidue bonum quaerit. Ipsum vero bonum, non quaerit bonum. Adde & super veritatem. Quod magis iudicas bonum, magis & eligis. Morbum verò damnūq; minus verum eligis potius quam magis verum. Denique super ens. Nam ut bene sis, esse desideras. Sed & de his, & quemadmodum boni ipsius lumine omnia vera intellectus intelligat, in Theologia latius disputamus. Sequitur distinctio rerum in genera duo, visibile et inuisibile, & utriusque in duo, scilicet antecedens atque sequens, similisq; perceptionis humanae distinctio. In quibus Brentinum sequitur, & Archetypum: sed elegantius simul & latius explicat.



VALES philosophi sint, inquam ego, et quales qui alieni à philosophia, o Glauco, vix tandem longa oratione cōstitit. Erat fortassis, inquit, haud paucioribus explicare. Non, ut apparet. Planius verò id, ut arbitror, eluceret, si hoc duntaxat solum enarrare oportuisset, neq; per alia multa peruagari, si quis ostendere velit quoniam, vna iusta ab iniusta distet. Quid posthac nobis restat agendum? Quid aliud quam quod deinceps sequitur? Postquam philosophi sunt qui attingere possunt id quod semper secundum eadem eodem modo se habet: qui verò id nequeunt, semper autem per multa mutabiliaq; uagantur, philosophi non sunt: quosnam ex his duces esse ciuitatis oportet? Quo pacto ad hoc rectè possumus respondere? Quicumq; custodire leges possunt, & ciuitatis officia, his gubernacula sunt reipublice committenda. Probe. Ac perspicuum est, vtrū cecum an acutè cernentē esse oporteat, cui mandemus aliquid seruandū. Quidni perspicuum? Videntur tibi à cecis differre, qui cognitio ne in vnaquaq; re eius quod vere est, carent: neq; perspicuum vllū habent in animo exemplar: neq; possunt tanquā

pictores ad exemplar verissimum respicientes, referentesq; ad illud, & ipsum quā syncerissimè contuentes, ita deum leges hic ferre de pulchris, iustis & bonis, si oporteat, et latas leges custodire atq; seruare? Profectò nō lōgè differūt. Nū istos potius ad custodiā eligemus, quā eos qui vnūquodq; quod vere est, cognoscunt, peritiam quoq; aut alia quauis in parte virtutis nibilo inferiores existūt? Absurdū esset vtiq; alios quosuis eligi, praecipue si cetera nequaquam desint. Hoc certè maximo superant. An nō istud iam dicemus? quoniam pacto idem poterunt illa simul et haec habere? Omnino. Quod ergo in huius disputatio nis exordio diximus, naturam ipsorū perdiscere in primis oportet: atq; arbitror, si de illa inter nos satis conueniat, etiam hoc conuenire, fieri scilicet posse, ut idem haec assequantur, neque alios praeter hos ciuitatis duces esse debe re. Quoniam pacto? Hoc itaq; inter nos primum constet de philosophorum ingenijs, quod semper eam diligunt disciplinam, qua illis notior fiat natura illa qua semper est, neque generatione & corruptione mutatur. Constet. Quinetiam quod eam totam affectant, neque sponte partem eius vllam spernunt, nec paruam, nec magnā, neque honorandam, neque vilem, quemadmodum supra de ambitiosis, & amore captis pradi ximus. Rectè. Praeterea & hoc animaduerte, nunquid necesse sit naturae eorū inesse, qui tales futuri sunt, quales narrauimus? Quale istud? Ut mendacij omnis natura expertes sint, neq; sponte mentiatur unquā, sed oēm oderint falsitatē, diligant veritatē. Probabile est. Nō solū probabile est, o amice, sed penitus necessarium, eū qui ex natura ad aliquid amore afficitur, quicquid cognatū & familiare est amato, diligere. Scitè. Nū familiarius aliquid sapientiae, quā veritas reperitur? Nihil. An ergo possibile est natura eadem esse philosophicā et mendacem? Nullo modo. Ergo discendi cupidū neces se est statim à pueritia veritatem omnem summopere affe ctare. Prorsus. Quem verò ad certum quiddam arden ter rapiunt cupiditates, huic ad alia cupidines remissio res sunt, cum alio tanquam riuuli defluant. Nulli du biū. Quicumq; igitur ad disciplinas, & cetera talia oī desiderio flagrant, puram ipsius animae expetunt volupta tem, corporis aut oblectamenta despiciūt, nisi quis sigus, sed veros philosophus sit. Summopere necessarium istud, Temperatus iniquè vir talis erit, neque pecunia cupidus. Nā ad quemuis pertinet potius quā ad hunc cumulādīs pecunijs inhiare, cuius gratia ceteri maxima cum iactura pecunijs quarendis insudant. Ita est. Praeterea id considerandū, quoties naturam eius, qui philosophus sit, & eius qui non sit, discernere cupis. Quidnā? Ne forte lacens quadam insit illiberalitas. Nam aduersa oī no est pusillanimitas animo vniuersum ipsum semper diuinū atq; humanū indagaturo. Vera loqueris. Nempe cui cogitationis adest magnificentia, et totius temporis totiusq; substantiae contemplatio, humana vita magnū quid vide ri non pot. Non profectò. Nū Martē hic terribilē existi mabit? Minimè. Timide itaq; illiberaliq; natura, phi losophia verò non conuenit. No, ut mihi videtur. Vir aut modestus, non quaestui deditus, non pusillanimis, nō superbus, nō timidus, num in commercijs difficilis erit, aut iniustus? Nullo modo. Quinetiam quum discernere cupies, quis animus philosophus sit, qui non statim à

Propria phi losophorum ingenijs.

teneris annis id obseruabis, nunquid iustus & mitis, an iniquus atq; agrestis. Maxime. Neq; hoc, ut arbitror, pratermittes. Quidnam? Vtrum ad percipiendum Vellox, an tardus. num censēs quempiam illud Vnquam diligere, quod cū aggredditur, summa cū difficultate agit, & vix tandē parum quid proficit? Nunquam profecto. Quid si nihil seruet eorū quae discit, obliuiscaturq; oīum, nonne erit scientia vacuus? Vacuus. Cū vero irritus illi labor oīs suscipiatur, an non cogetur tandē se ipsum & actionem talem odisse? Nihil prohibet. Oblitosum igitur aīum legitimorum philosophorum ingenijs conuenire nequaquam existimemus, sed admodum memorem. Ita prorsus. Absona praterēa & inconcinna natura ad intemperiem semper trahit. Semper. Veritatem verò an cū intemperie & immoderatione congruere putas, an cū temperie potius? Cum temperie. Ergò cōpositam, & gratam prater cetera cogitationem huic ingenio tribuamus, quod suapte natura propensum esse volumus ad ideam cuiusq;, quod verè est, inspicendam. Nempè. An non tibi videmur singula percurrisse, quae necesse est continuata serie sibi inuicem succedentia aīo ei competere, qui veritatem rerum perfectè sit cōsecutus? Ita prorsus. Nū potes quoquo modo studium id dānare, quod nullus sufficienter exequi potest, nisi natura sit perspicax, memor, magnificus, gratosus, amicus, familiarisq; veritatis, iustitia, fortitudinis, temperantiae? Ne Momus quidem id carperet. Nonne his solis eruditione tandem & etate prouectis, rempublicam praebebis administrandam? Ad haec Adimantus, Nemo, o Socrates, posset, inquit, contradicere. At verò sic afficiuntur, qui audiunt ea passim q̄ tu narras. Putant. n. interrogandi respondendiq; imperitia à rōne in singulis, quae rogantur, paululum se abductos, collectis tandem erroribus, errorem ingentem contrariumq; quiddā ei quod prius asseruerant, asserere. & quemadmodū qui talis ludere nesciunt, ab his qui in eoludo periti sunt, tandē vsque adeo coercentur & concluduntur, ut quod ferant, nequaquam habeant: ita & seipsos putant cogi tandem concludiq;, nec habere quod dicant, verbis veluti calculis circumscriptionibus: quādoquidē verū nihilo hic magis sit, quā illis. Aīo verò, ad haec nostra quidē. diceret. n. tibi quispiam, his quae proponuntur, verbis aduersari non posset: re aut ipsa compertum habere, quotcūq; philosophia studium aggreffi, ita in eo versantur, ut nō eruditionis gratia degustatis philosophia praeceptis, iuuenes adhuc inde discedant, sed diutius immorentur: eos ut plurimū absurdos admodum euadere, & à rebus hominum alienos, ne iniquissimos dixerimus. si qui verò praestantiores videantur, tamen hoc studio quod ipse laudas, ita inquinari, ut inutiles euadant ad rempublicam gubernandam. Censes, inquam, illos qui haec aiunt, mentiri? Haud noī equidē, sed quid ipse sentias, libenter audirē. Audies certe, si id roges, quod vera loqui mihi videntur. Quae rōne igitur rectè id dicitur, quod nō prius erit vlla malorū requies ciuitatibus, quā in ipsis philosophi dominentur, quos reip. inutiles esse fatemur? Quod petis, responsione indiget per imaginē quandā inducta. At tu per se similitudinē loqui, ut arbitror, nō consueuisti. Esto, inquā. an mordēs, cū me in sermone impuleris adeo demonstratu difficilem? Audi ergò similitudinē, ut apertius cogno-

scas quā lubrica similitudinibus Vtar. vsque adeo durū est quod praestantes in philosophia viri in gubernanda rep. patiuntur, ut nihil aliud sit vnum quod hoc patiatur. Quare oportet hoc ex multis colligendo, comparare, cū his denique, & de eis rationem reddere. Veluti quum pictores tragelaphos, & cetera hmoi multiplicia figmenta depingunt. Finge animo quendam nauis, aut classem gubernatorem hmoi, magnitudine & robore corporis reliquos nautas excedentem, surdum verò, & caligantibus oculis, & mente gubernationis inscia: nautas autē de gubernatione inter se certantes, dum vnusquisq; putet se imperio dignum, quanquam nec artē didicerit vnquā, nec praeceptorem in ea re illum possit ostendere, neq; quo tempore didicerit, assignare queat: negantes quinetiam artem illam doceri posse, eumq; qui doceri posse contendat, ferro petentes. Ipsos autem cogita circa gubernatorem illum confluere, obsecrare, obnoxie contendere, qui ipsis gubernacula tradat. Vbi si non ipsi, sed alij persuaserint, ceteros vel perimere, vel è nauis eicere: ac postremum generoso illo nauis principe mandragora, aut mero prius occupato, gubernationem nauis arripere, presentibus rebus vti, vno & epulis indulgere, ac ita gubernare, ut hmoi hoīes verisimile est. Omnes praterēa eum laudare, eum nautam & gubernatorem vocare, eum quae ad nauem regendam spectant, callere, quicūq; ad vsurpandū nauis principatū, vel persuasione, vel vi gubernatore submoto optulari ipsis possit: eū verò qui id nequeat, tanquā inutilem vituperare: veri autē gubernatoris officium ne cogitare quidem: quod videlicet ad eum spectet rōnem habere anni, & temporum, caeli, siderum, & ventorum, & omnium quae ad artem illam attinent, si dux nauis est reuera futurus: ut verò gubernet, seu volentibus quibusdam, siue inuitis, huius ipsius artem nullam putantes accipi posse simul & gubernatoriam facultatem. Haec si in nauis ita habeant, an non verū gubernatorem censes ab illis qui talibus vehuntur nauibus, inanem & curiosum rerum sublimium inspectorem, & nauis ipsi inutilem vocitari? Et maxime quidē, inquit Adimantus. Haudquaquam opus esse arbitror, inquā ego, ut tibi latius explicem, quemadmodum ad proposita comparationis imaginem ita in ciuitatibus affecti ciues sunt aduersus veros philosophos, ut in huiusmodi nauibus ad verū gubernatorem nauis. intelligere enim te existimo. Summo per. Primum itaque illi qui admiratur philosophos in ciuitatibus minime honorari, imaginem hanc expone, & persuadere conare, multo mirabilius fore si honorarentur. Faciam equidem. Adicius & hoc praterēa, vera loqui eos qui dicunt inutiles esse vulgò eos, qui philosophia studio pollent: verū quod inutiles sint, non esse ipsorum causa dicito, sed eos potius qui his philosophis non videntur. Neque enim natura consentaneum est, ut gubernator quasi indignus nautas oret, quo eius se gubernationi committant, vel sapientes ad diuitum fores accedat. Sed qui hoc primus iactauit, profecto mentitus est. Reuera aut ita natura comparatum est, siue diues, seu pauper ab aduersa valetudine teneatur, ut necessario fores medicorum petat, & oēs qui superioris gubernatione indigent, domos adeant hoīum gubernare potentium, non gubernatores, si modo alicuius precij sint, orent, ut ab his gubernentur inferiores. Quin si eos qui his temporibus Respub.

administrant, cum eis comparaueris nautis, quos modo commemorabamus, non aberrabis: ac si illos qui ab his appellantur Vani, & superstitiosi reconditarum rerum indagatores, Veris gubernatoribus comparabis, recte quidem facies. Recte, inquit, admodum. Ob has igitur causas in his quoque haud facile est, ut honestum studium ab his probetur, qui contrariis sunt moribus assueti. Maxima vero & vehementissima philosophiae calumnia oritur, propter eorum mores qui philosophiae studia profitentur. ferunt quippe hi qui philosophiam criminantur, ut ipse ait, plurimos eorum qui ad philosophiam se conferunt, prauos admodum esse: si qui vero eorum ceteris excellunt, esse inutiles: atque ego hac tibi concessi, nonne? Vtiq. An non causam exposuimus, ob quam legitimi philosophi esse inutiles videantur? Certè. Cur autem & plurimi prauis sint, Visne deinceps aperiamus? quòdne philosophiae culpa nulla est, pro viribus declaremus? Volo equidem. Pergamus ad hac, repetentes quod supra induximus, qualem esse natura oporteat eum qui honestus sit bonusque futurus. Dux autem eius in primis erat, si memoria tradidisti, Veritas, quae sequi omnino ac passim debet: aut si Vanus sit, Vera quoque expertus philosophia sit, oportet. Ita prorsus est dictum. Vnum hoc igitur alienum est omnino ab his quae nunc de ipso existimantur. Alienissimum. An non decenter hunc in modum eius causam defendemus? dicentes hominem scientiae cupidum ita natura institutum esse, ut ad id quod verè est, semper contendat, neque moras trahat in his singulis ac plurimis circa quae versatur opinio, sed vltro progrediens non antè quiescat quam propriam cuiusque naturam ea animi vi attigerit, qua id apprehendere conuenit. Conuenit autem vi quadam cognata. Qua cum adhaeserit, sequitur ei quod verè est, miscuerit, atque inde reuera intelligentiam veritatemque genuerit, cognoscet vtiq. verum, vereque viuet atque aletur. Ex hoc denique partu molestia eius omnis cessabit, prius verò nequaquam. Probe admodum ista dicuntur. An hic vllò modo amabit mendacium? Vel omnino potius oderit? Oderit certè. Nepe ubi dux Veritas est, malorum chorum subsequi, ut arbitror, non dicemus. Quo. n. pacto? Imò verò sincerum sequi iustumque morem. hunc quoque dicemus subsequi temperantiam? Scite. Quinetiam reliquum naturae philosophiae chorum quid opus est à principio recedere? Recordaris enim quòd cum his congruit, ut dicebamus, fortitudo, magnificentia, acumen ingenij, atque memoria. Cum verò tu obiecisses, quòd quilibet necessario fateri cogere tur quae dicebamus, verbis nostris omisissis, conuersus ad eos de quibus erat sermo, diceret Videre se illos partim inutiles, partim omnino prauitate corruptos: nunc sanè nos huius calumniae causam perscrutari coepimus, & cur multi eorum mali sint, atque hac de causa rursus legitimorum philosophorum naturam repetiuimus, necessarioque hanc definiuimus. Est ita. Quarendum est deinceps qua ratione in multis natura philosophi deprauatur (paruum autem quiddam nos subterfugit.) Nempe & hoc aduertendum, quos videlicet nos malos quidem, sed inutiles vocant. Deinde est qualia hominum ingenia sint, quae hanc imitantur naturam, eorumque opus usurpant, & indignè se studium ac supra vires aggrediuntur, delinquent saepe, & opinionem philosophiae passim, quae narrabas, inducunt. At quas deprauationes dicis? Ostendā si potero profectò id arbitror

nobis quilibet concessurum, ingenium tale quale descripsimus, & omnibus hisce prae dicitum, quibus perfectus indiget futurus philosophus, raro in paucis oriri. An non ita existimas? Maxime. Atque horum est paucorum Vide quam multi sint maximè interitus. Quinam? Nam quod praeter cetera auditu mirabile est, vniquodque eorum qua in philosophia ingenio nuper probauimus, habentem inquinat animam, & plerumque à philosophia detorquet: fortitudinè dico, & temperantiam, & cetera quae narrantur. Absurdum hoc quidem auditu. praeterea quae cuncta bona vulgò dicuntur, deprauant animam atque impediunt, forma, diuitia, corporis vires, & genus in ciuitate potens, & cetera generis eiusdem. Habes. n. quandam eorum qua dico, formulam. Habeo equidem, ac libenter exactius quae dicis, audirem. Vniuersum ipsum rectè comprehendito, ac tibi perspicuum apparebit: neque absurda tibi qua de his dicta sunt, videbuntur. Quò istud praecipis? Scimus. n. omnino semen & plantarum & animalium, quod non fuerit ea quae cuique conuenit nutritione potitum, neque tempore, neque loco, quo generosius ac vehementius, eo pluribus opportunis carere. bono namque malum contrarium magis quam non bono? Quidni? Est igitur, ut arbitror, consentaneum, naturam optimam, si sub aduersa forma nutriatur, deteriores euadere quam ignauam. Est vtiq. Hac itaque ratione dicimus Adimante, animos praestantissimo ingenio prae dicitos, si malè fuerint educati, pessimos fieri. An putas infanda scelera, & extremam nequitiam ex ignauo potius ingenio quam generoso educatione corrupto procedere? Imbecillè verò naturam, ingenium vel bonorum, vel malorum quandoque causam fore? Non certè. Si ipsa igitur natura philosophi conuenientem nanciscitur disciplinam, necesse est eam semper proficiendo ad omnem peruenire virtutem. Sata autem si fuerit, genitaque peruerse atque ita nutrita, ad contraria omnia rursus delabitur, nisi forte deorum aliquis eam adiuuerit. An tu quoque putas, quemadmodum multi, verum esse quod dicunt quosdam adolescentes à sophistis corrumpi, corruptores vero eorum sophistas quosdam esse priuatos, ac non eos potius qui ita loquuntur, maximos esse sophistas credamus, qui doceant, talesque prorsus vnumquemque & senum & iuuenum, & virorum & mulierum reddant, quales voluit? Quando id potissimum? inquit. Quando, inquit, frequentes multi vel in concionibus, vel iudicijs, vel theatris, vel castris, vel alio quodam hominum ingenti caetu confidentes, eorum qua dicta facta sunt, alia vituperant, alia laudant, ad veram ingenti cum tu multu acrius referuntur, dum explodunt, & applaudunt summo quodam strepitu & clamore: vnde parietes quoque & laquearia circūresonant altius, suorum sonitu uehementer exaugent laudantium ipsorum vituperantiumque tumultum: tunc adolescentem illum quo animo (quemadmodum dicitur) hac in turba esse censes? vel quam priuatam disciplinam rumoribus hisce putas obfistere, quo minus ab hominibus vituperationibus laudationibusque diluta dispersaque, eo protinus feratur, quò fluctus hinc deuehit? Vnde eadem qua & illi, ut honesta approbabit, eadem quoque reprobat, ut turpia. Nisidem praeterea quibus illi incubet studijs, eorumque euadet persimilis. Necesse id omnino est, o Socrates. Nondum tamen vehementissimam induximus necessitatem. Quam? Quam operibus inferunt, non persuaden-

De non veris philosophis.

Epilogus.

tes verbis praeceptores sophistaeque isti. An non cernis quod hominem illis non obsequentem infamia notant? iactura pecuniarum, & mortis supplicio damnant? Summo opere. Quem igitur alium sophistam putas, aut quos alios priuatos sermones aduersari istis & resistere posses? Nullus certe orationem. Nullus sane. Quin & his reniti, summa stultitia est. Neque enim fuit inquam, nec est, nec erit mos aliud ad virtutem institutus, praeter istorum disciplinam. Humanus, inquam, o amice. Nam diuinum quidem, iuxta prouerbiū, excipiamus. Certo enim id scio, quisquis immaculatus & integer ex hac constitutione rerum publicarum euaserit, talem diuino auxilio euasisse. Haud aliter mihi videtur. Istud praeterea tibi uideri debet. Quisnam? Quis eorum qui priuatim accepta mercede homines erudiunt, quos quidem sophistas, & amulos artium appellant, nihil aliud docendum putat, quam multorum sententias in quibus consentiunt, quoties congregantur, atque hanc sapientiam vocat: Veluti siquis vasti cuiusdam animalis bruti, robusti admodum, & ab homine enutriti, iras & cupiditates singulas obseruauerit, quae uerone adire hoc deceat, quae attrahere, item quando vel ferocius est, vel mitius, & ex quibus causis tale fiat. Voces ite quas in singulis quisque solet exprimere. Quibus praeterea uocibus aliorum iritatur id animal vel placatur. Postquam uero ob diuturnam consuetudinem percepit singula, peritiam homini, sapientiam uocet, & tanquam arte quadam collecta ad docendum se conferat, reuera ignorans quae potissimum harum opinionum cupiditatumque, honesta vel turpis, bona vel mala, iusta sit vel iniusta. Non minet uero singula ad ingentis bestiae illius opinionem, bona uidelicet quibus delectatur ipsa, mala quibus offenditur: nec aliam prorsus uiam de his afferat rationem, sed quae necessaria sunt, iusta nuncupet & honesta: quo uero boni ipsius necessariiue natura differat, neque ipse perspexerit inquam, neque alius ostendere possit. Siquis, inquam, ita affectus sit, nonne per Iouem absurdus praeceptor esse tibi uidebitur? Mihi uero. An differre tibi ab hoc ille uideatur, qui multorum uariorumque hominum in unum conuenientium iram & voluptates callere, sapientiam esse dicit, siue in pictura, siue in musica, siue in administranda reip. disciplina? Patet enim quod si quis cum his uersetur, eorum ostendat, uel poesis, uel alterius artis opus, uel ad remp. attinens ministerium, exhibeatque uulgo iudicandi operis autoritatem, ultra necessaria, Diomedea, ut aiunt, necessitate cogetur ea facere quae isti probauerint. quod uero bona haec reuera atque honesta sint, an audisti quandoque ipsorum aliquem rationem uerisimilem assignantem? Nec audisti quidem inquam: nec ut arbitror, audisti. Hac intuitus omnia, recordare & illud: Num potest uulgus, uel alio dicente admittere, uel ex se attingere ipsum per se pulchrum, non autem multa haec pulchra, & de ceteris eodem modo, non quidem esse singula haec quae patent multa, sed ipsam unam cuiusque naturam? Minime. Philosophus ergo uulgus esse non potest. Non. Quinetiam necesse est ab eo philosophantes uituperari. Necesse. Et a quibus, populo placere uolentibus. Patet. Ex his ergo quam rationem seruandi ingenij philosophici uides, ut suo in studio perseuerans, ad finem philosophandi deueniat? Sic autem ex his quae dicta sunt, cogita. Concessum est, discendi acumen, memoria, fortitudinem, magnificentiam ad hoc ingenium pertinere.

Prouerbiū.

Prouerbiū.

Planè. Nonne statim apud omnes talis, in cunctis primus erit, praesertim si corpus natura nactus sit aequo conforme? Nihil prohibet. Volent igitur & domestici omnes, & ciues ad sua negotia peragenda hoc uti cum adoleuerit. Sic certe. Quare precibus, supplicationibus, honoribus, blandimentis occupabunt futuram ipsius uirtutem atque potentiam. Ita fieri solet. Quid hominem talem arbitrans tunc effecturum? praesertim si ampla in ciuitate natus sit, & in ea diuinitus insignis ac genere, honesta praeterea indole sit atque procerus. nonne immensa spe elatum iri hunc censet? putantem se ad res tam Graecorum quam Barbarorum gerendas sufficere. Unde & seipsum extollere, fastidioso habitu lasciuientem, inanique fastu, & insana instatu superbia. Vehementer. Si quis hominem sic affectum amice moueat dicens, mentem ipsum nequaquam habere, egere tamen: sed eam a nullo comparari posse, nisi se eius adeptioni subiiciat, an facile illum tantis occupatum malis, praestare mouenti aures putas? Longè abest. Sinaute bonitate naturae, & innato quodam erga rationes affectu inductus aliqui ausculeet steturumque, & ad philosophiam trahatur, quid eos facturos existimamus, qui putant monitoris illius uisum & consuetudine adolescentem corruptum? Nonne & loquendo, & agendo omnino studio certaturos, ut nec adolescens monitoris pareat, nec exhortator ille aliquid persuadeat, cum tam priuatis insidijs, quam publicis accusationibus insequentes? Valde necessarium est. Restabit ergo huic illa ad philosophandum facultas? Exigua plane. Vide me hanc ab re nos supra dixisse: philosophicae naturae partes, si peruersa adhibita sit educatio, causas esse quodammodo, ut quis ab eo studio auertatur? quinetiam impedimento esse ea quae uulgo bona putantur, diuitias scilicet, & omne homini suspectilem? Rectè nimirum est dictum. Hic est, o mirifice uir, interitus & corruptio talis actonaturae ipsius ad excellens officium optima, quae quidem rara admodum, ut diximus, reperitur. Atque huius ingenij sunt hi uiri qui nefaria scelera patrant, & priuatum, & publicè: atque ite qui sunt & priuatis, & ciuitatibus honorum ingentium auctores. Exile uero ingenium nihil unquam uel priuatum, uel publicè magnū efficit. Vera nimirum quaeris. Cum plerique ad philosophandum natura idonei ab hoc studio detorqueantur, philosophiamque imperfectam & desolatam destituunt, uiam neque decentem, neque ueram aduocant: philosophiam uero tanquam cognatis orbata, alij quidam ea certe indigni aggredientes, dedecorant ipsam minimum, eaque afficiunt infamia, quae notari ipsam a detestatoribus illis commemorabas, obicietibus quod eorum qui philosophiae dant operam, nonnulli parui faciendi sunt, multi uero nequissimi. Dicta certe haec sunt. Ac merito dicta. Conspecientes profecto alij plerique homunculi sedem hanc uacua quidem, praclaris tamen cognomentis dignitate illustre, instar eorum qui ex carcere ad templum confugiunt, libenter ex artibus ad philosophiam prosiliunt, quicunque praesertim in artiuncula sua excellent. nempe philosophia quanquam ita se habet, artibus tamen ceteris dignitate & magnificentia praestat. Quam affectant plerique, natura quidem imperfecti, & artibus opificijque sicut corpora laesi, sic etiam mechanicis ministerijs deprebsi atque contracti. an necessarium est? Maxime. An censet eos aspectu quicquam differre a fabro arario, diuite paruo caluoque, qui è uinculis exijt, balneisque se lauit, &

nona se veste tanquam sponsum ornauit, & filiam domi-
ni sui inopia presti, nec alium cui daret habentis in ma-
trimoniū sibi coniunxit? Haud longè differre existimo.
Qualem ex his prolem nasci putandum est? nōne nothā
scilicet & abiectā? Neesse est omnino. Homines autem
disciplina indignos, quoties ipsi prater dignitatem adha-
rent, quales cogitationes opinionēsq; producere dicimus?
nōne, vt nominare decet, sophismata? nihilq; legitimū,
nihil dignum, nihil prudentia vera & conueniens? Sic om-
nino dicendum. Itaq; pauci admodū restant homines,
Adimante, qui dignè in philosophia versentur: hiq; sunt
qui bona indole nati, ac benè enutriti, otium ad philoso-
phiam, vel exilio deprehensi nanciscuntur, vnde philo-
sophia aduersis occupationibus liberi, natura duce suis in-
studijs persenerant: vel quum magnificus quidam ani-
mus angusta in vrbe natus, spretis reipublica ipsius mu-
neribus, ac multò magis contemptis, reliquarum artium
opificijs, pro natura dotibus, ad philosophandum se con-
fert. Foret autem & Theagis familiaris nostri frenum
ad cohibendum satis validum. Theagi. n. nostro omnia
ita sunt, vt à philosophando excludant. Corporis verò de-
bilitas ipsum à rebus ciuilibus prohibet. Damonis autē no-
stri signum referre nunc non decet. Vel. n. cuidam alteri
duntaxat, vel nulli superiorum contingit. Horum verò
paucorum quicumque gustant quàm dulcis hæc sit ac bea-
ta possessio, & insaniam plurimorū vident: quia videli-
cet nullus, vt breuiter ita simpliciterq; dicam, rectè quic-
quam in rebus publicis agat, neque socius aliquis, & ad-
sutor reperiat, qui cū defendenda iustitia curam susci-
piens aliquis, sospes euadat: sed tanquam homo in bestias
incidens, cū nec vnā iniuste agere velit, nec solus ipse om-
nibus feris possit resistere, antè pereat, quàm quicquā
vel ciuitatem, vel amicos inuet: atque ita & sibi et alijs
sit inutilis: Hæc, inquam, oīa quicumque diligenter ani-
mauertunt, quietem agunt, & sua duntaxat curant,
ac velut in procella, dū & turbo agitur, & venti per-
flant, & offunditur puluere cælu, intra parietes tuti
permanent: aliosq; intuiti nequitia inuolutos, satis habi-
turos se putant, si puri ipsi ab iniustitia & iniquis faci-
noribus vixerint, & exactis vitæ & curriculum bona cum
spe hilares pijq; decesserint. Haud parua certe is egerit,
qui ita vitam transiget. Neque maxima tamen, si na-
ctus non fuerit conuenientem sibi reipublicam. Nempe
in ea & ipse proficiet, emicabitq; magis, & priuata si-
mul publicaq; seruabit. Hactenus quam ob causam philo-
sophia calūniam subiit, quòdne iniusta ea calūnia sit, sa-
tis dictū arbitror, nisi aliud ipse forsā adieceris. Nihil
ad hæc ego præterea dicerem. Sed earū quæ nunc extant
rerumpub. quàm potissimū philosophis conuenire putas?
Nullam prorsus, atq; idcirco cōqueror, quia nullā video
ex his quæ nunc extant rerumpub. institutionem ingenio
philosophi dignam. Quòdrem mutari hanc naturam ac
verti neesse est. Vtq; peregrinū semen in alienum solū ia-
ctum debilitatur, ac degenerans ad indigenā uertitur lo-
ci seminisq; naturā, ita & hoc genus propria nunc amis-
sa virtute, in alienam speciem permutatur. Sin autē opti-
mam repub. nanciscatur, sicut et ipsum est optimū tunc
demū diuinū quiddā se esse reliqua verò humana omnia,
tā ingenia, quàm studia, declarabit. Videris autē mihi
statum quæ nā ista resp. sit, quæ siturus. Haud rectè præ-

sagisti. Non. n. hoc abs te desiderabā, sed nunquid hæc ip-
sa sit quæ in condenda ciuitate induximus, an alia? Quo
ad alia quidē hæc ipsa. hoc autē tunc etiam dictum est, o-
portere aliquid inesse semper in ciuitate, quod rōnem resp.
eandem habeat, quā & tu legislator habebas, dū leges
conderes. Dictū planè. Non satis tamen explicatum.
Quippe nos oratio uestra deterruit, obijciēs prolixam hanc
& arduā demonstratiōem fore. Nam quod sequitur, haud
dictū facile est oīno. Quid istud? Qua potissimum ra-
tione ciuitas philosophiā suscipere debeat, adeo vt non per-
datur. Nam magna qualibet fallacia esse solent, & ut
vere proverbio fertur, p̄clara difficilia sunt. Veruntā-
men quū istud inter nos constet, finē iam accipiat demon-
stratio. Facultas fore deest mihi, voluntas certè nun-
quā. Tu verò præsens studium meū intelliges. Aduerte
age, & nūc quàm proptè et intrepide sim dicturus, quod
contra ac nunc sit, ciuitatem oporteat studium hoc attinge-
re. Quoniam pacto? Equidē hoc tempore, adolescentulæ
quū statim à teneris annis inter rei familiaris quæstua-
riæq; negotia difficilimā huius studij partem aggredian-
tur, paulò post discedunt, et qui sapientiæ apprime stu-
diosi fore existimātur. Difficilimā verò partem, inquā,
peritiā differendi. Deinde verò si ab alijs id agētibus, ac
citi auditores fieri patiātur, magnū quid cogitant, exe-
quēdumq; obiter putāt. In senectute verò, exceptis pau-
cis, multo magis quàm sol Heraclitius extinguitur, quū
nunquam iterū accendantur. Quid ergò agendū? Con-
tra oīno. Nam iuuenes ac pueros puerilē disciplinam phi-
losophiamq; tractare cōuenit, corporumq; quatenus adole-
scēt firmenturq; ad philosophiæ ministeriū, curam agere,
precedente verò atate, in qua anima iam perficitur, exer-
citatōnes augere. Cum autem vires ex vetustate defe-
cerint, tunc à ciuilibus militaribusq; laboribus liberi
tanquam emeriti & immunes ad votum viuant, nul-
loq; certo officio sint astricti, quicūq; feliciter victuri sunt,
& post migrationem anima, sortem suscepturi antea cta-
uita conuenientem. Promptè admodum reuera loqui mihi
Videris, o Socrates. Arbitror autē plurimos quū hæc audi-
uerint proptius quoq; repugnaturus abs te minimè persua-
sos. Et in primis Thrasymachum id acturum existimo.
Ne mutue inter me & Thrasymachum beneuolentia infi-
dieris. Nam nuper amici effecti sumus, nec eramus an-
tea inimici, neq; verò, antè desistemus, quàm huic &
alijs persuademus, vel saltē agamus conferrens aliquid
ad eam vitam in quàm cum peruenerint hæc dicta repe-
rient. Breue ad tempus dixisti. Imò verò ad nullum, si
ad vniuersum id conferatur. Quòd autem multi his quæ
dicta sunt, fidem non præsent, nihil mirum. Nunquam
enim quòd modo dictum est: euenisse viderunt sed talia
quædam verba potius de industria in similitudinem quæ-
dam composita non casu ut nunc concurrentia. Virum
autem quoad fieri potest virtute perfectum, ac summope-
re factū et dictis tali quadam in ciuitate potentem, nun-
quam aut vnum, aut plures intui sunt. An putas?
Nullo modo. Neq; vquam, o beatè sermonibus aures
adhibuerunt honestis ac liberis, quibus obnixè, et omni stu-
dio noscendi gratia verū inquiritur. hæc aut plena ver-
sutijs. & subornat a litigiorū machinamenta nihil aliud
appetentia quàm opinionem, inanem gloriam, conten-
tionem, tam in iudicijs quàm priuatis colloquijs, omit-
tuntur.

Proverbiū.

tuntur. Non certè. Quamobrem cū hæc ipsi prauideremus metueremusq̄, Veritate coacti diximus, neq̄ ciuitatem Vllam, neq̄ rempublicam, neq̄ virum perfectum fore prius quam paucis hisce philosophis, qui nec mali, nec inutiles sunt, ut vulgo existimantur, necessitas quadam sorte contigerit, ut seu velint, seu nolint, ciuitatis curā suscipiant, vel à ciuibus exaudiantur, vel saltem his qui dominantur, aut eorum filijs, diuina quadam inspiratione, vera philosophia verus amor inhererit. Quod aut̄ horum vel alterum, vel vtrazq̄ impossibilia sunt, demonstrari non posse arbitror. Alioquin iure ipsi irideremur, quasi res pro animi voto effingentes. An non ita? Ita prorsus. Siquando igitur olim infinito tēpore antea cōto, viri in philosophia præstantes necessitate impulsī, rempublicā gubernarunt, vel hisce temporibus regunt barbarica quadā in regione nobis inaccessibili, vel in futurum administrabunt, in hoc certe rerum statu proculdubio asseueramus rempublicam supra descriptā, fuisse, esse, ac fore. Quando ciuitati hæc Musa præsit, fieri certè id potest, neq̄ nos impossibilia fingimus. Difficilia tamen hæc esse à nobis quoq̄ concessa fuerint. Mihi quoq̄ ita videtur. Adde forsitan, vulgo id non videri. Fortè. Ne usque adeo vulgus culpes, o vir beatè. Verū quid eos opinaturos existimas, si non contentions studio, sed amicis monitis, dissoluta philosophiæ aduersa calumnia, ostendas quos potissimum viros appellat philosophos, & ut nuper distingas, & ingenium ipsorum & studium, ne te suspicentur eos dicere, quos ipsi cogitant: vel si ita conceperint, falli eos opinione dixeris, nec ad proposita respondere? an censēs, inquam, aduersus mitem virum irritari aliquem? aut hominem sine inuidia & malignitate, viro non inuido inuidere? Equidem pro te respondeo, non in multitudine hominum, sed in paucis admodum, adeo in mitem inesse naturam. Idem & ipse cogito. An et hoc cogitas? Causam ob quam multitudo philosophiam iniquo animo fert, eos esse qui cum inepti ad philosophiam sint, eam profecti homines, conuictis passim laceſsunt, & quasi inimicitijs delectentur, semper de hominibus obloquantur, rem agentes philosophiæ minimè congruam. Omnino. Neq̄ n. viro illi, o Adimante, qui omnem mētē aciem ad ea quæ verè sunt, direxit, otium superest, quo negotia hominum inferiora respiciat, cumq̄ illis pugnans, inuidiam sibi & malevolentiam constet. Sed ea quæ semper eundem seruant ordinem contemplatur, quæ neq̄ inferunt inuicem, neq̄ patiuntur iniuriam: omnia verò ornate, & secundum rationem disposita sunt. Atque hæc imitatur, seq̄ his quàm similitimum reddit. An putas fieri posse, ut illud non imitetur aliquis, cui cum amore admirabundus adheret? Nullo modo. Quare quū philosophus diuino atq̄ decoro frequenter adhereat, diuinus ipso atq̄ decorus, quoad homini possibile est, efficitur, Calumnia verò in omnibus multa. Sic est oīno. Si ergò necessitate reliqua inducatur, ut ea quæ illic intuentur, ad mores hōum priuatim et publicè transferat, neq̄ se tantū, sed & alios formet, nunquid inertem tēperantia, institutq̄, & vniuersa popularis virtutis opificē, fore ipsum existimas? Minimè. Si sentiat vulgus vera nos de hoc perhibere, an philosophis succensibit nobisq̄ nō credet dicentibus, nō aliter ciuitatem fore beatam, quam si eam qui diuino videntur exēplo, pictores formēt? Nequa

quā succensibit, si senserit. Verū quem pingendi modū dicis? Cū pictores hi ciuitatem, & mores hominum, quasi tabulam quandam acceperint, in primis eam purgabunt, quod nequaquam facile est. An nescis hoc præcipue ab alijs philosophos discrepare, quod neq̄ priuatū, neque ciuitatem tangere, neq̄ leges condere tentant, an tequā vel hæc purgata susceperint, vel ipsi purgauerint? Et rectè quidē. An nō describere eos post hæc putas reip. formam? Quidni? Deinde agentes hæc, ut arbitror, ad vtraque frequenter respicient, ad illud scilicet quod natura iustum, honestū & temperatum existit, ceteraq̄ hōmōi, atque iterum ad humana: & ad superioris illius exēplar humana disponent, ex hōum officijs naturam humanā contemperantes, ad figuram eius, quod Homerus quoq̄, cū in hōibus sit, Dei speciem & imaginem similitudinemq̄ appellauit. Scite. Partim ergò debebunt philosophi, partim etiam colorabunt, quousq̄ humanos mores quàm maximè fieri potest, Deo in amore conuenerint. Pulcherrima nimirū hæc est pictura. Admitemus illis, quos inuehi in nos dicebas, talem esse rerum publicarū pictorem, eum virum quem supra apud eos laudauimus, illiq̄ indignati sunt quod huic ciuitatem gubernandam comiteremus, nunc verò æquiori aīo hoc audiunt? Et maximè quidē, si sapiunt. Quā nunc in parte nobis aduersabuntur? Vtrū eorum quæ verè sunt, veritatēq̄ ipsius amatores non esse philosophos asserent? Absurdum quidem id esset. An forte negabunt naturam philosophorum quam narrauimus optimi ipsius esse familiarē? Neq̄ hoc quidem. Quid verò? hanc cognitam structam officijs, absolute bonā fore, ac præ ceteris sapientia proximā, renuent? Vel eos probabunt magis quos ipsi secreuimus? Nequaquam. An succensibunt ad hoc dicentibus nobis, quod nisi philosophorum genus ciuitati suscipiat gubernacula, nec ciuitati, nec ciuibus erit requies Vlla, sinēq̄ malorum? nec respub. quam oratione describimus, in lucem exorietur? Fortè minus. Vnde dicamus eos non parum, sed prorsus mites persuasūq̄ fuisse, ne forte erubescētēs aliquid aliud consistantur. Absq̄ dubio. Hoc igitur isti persuasi iam sint. De hoc aut̄ quis ambiget, quin regum potentiumq̄ virorum filij philosophi nascituri non sint? Nemo. Possent aut̄ quis adiret, quod etiam si tales nascantur, inquinari eos necesse sit. Quod enim seruari à maculis purum arduum sit, nos quoque concedimus. Quis autem illud insuper addet? in omni tempore ex omnibus hominibus ne vnum quidem inquam integrum immaculatūq̄ euadere posse? Nullus hoc dixerit. At verò vnus natura sic institutus, ciuitatemq̄ nactus obediente, sufficiens est ad hæc oīa perficienda, quæ nūc, ut impossibilia reprobantur. Sufficiens vtiq̄. Pono, si princeps aliquis leges & officia, quam narrauimus, mādēt, haud impossibile est cives his obsequi velle. Non certè. Atqui sentire & alios eadem, quæ & ipsi sentimus, nū mirum, aut impossibile est? Non, ut arbitror. Quod aut̄ optima hæc sint, si quidē possibilia, satis supra est, ut arbitror, disputatū. Satis. Quare ex his q̄ dicta sunt, sequitur, ut optima futura sint, quæ de legibus ferendis præximis, si agantur: difficilia item factu, nō tamen impossibilia. Sequitur planè. Postquā vix tandem finem his imposuimus, ad reliquā pergen dum, quæ rōne videlicet, quibusue disciplinis et studijs in

fructi erunt huius nostrae reip. seruatorum, & qua in e-
tate singuli singula exercebunt. De his certe iam dicen-
dum. Haudquaquam sapiente à me actum est, cum in
superioribus reliquerim matrimoniorum difficultatē atq;
molestiam, filiorumq; procreationem, & constitutionem
principum. noscebā. n. quā inuidiosa res esset, factūq;
difficilis, vel omnino vera. Nunc autē nihilominus trās-
igere hac cogimur: atq; ea quidem quae ad mulieres ac fi-
lios pertinent, iam peregrinus: quae verò ad principes,
tanquam à principio rursus percurrenda videntur. Di-
ximus autē, si memoria tenes, amatores eos civitatis esse
oportere, in voluptatibus doloribusq; probatos, atq; ex hoc
proposito, neq; laboribus, neq; metu periculorū, neq; mu-
tatione alia dimoueri. Eum verò qui hoc nequeat, ab-
dicare oportet: at illum qui passim sincerus & incorru-
ptus euadit, tanquam aurum in ignis examine compro-
batum gubernanda civitati praeficere, muneribusq; orna-
re & viuente & mortuum. Praemia verò talia sint
qualia cōiter dicta sunt, breuiter hoc percurrente, &
quasi tergiuersante sermone: quippe cū res, ut nunc sunt,
mouere timeremus. Vera loqueris. Memini equidem
Verebar. n. o amice, quae ausus sum, dicere. Nos verò in
praesentia id asserere audeamus, quod custodes diligentis-
simi, optimi esse debent philosophi. Ratum id habeatur.
Animaduerte quā pauci tales erunt. Illius siquidē na-
tura partes quam inesse illis oportere diximus, vna raro
concurrunt, & ut plurimū disunctae nascuntur. Quo
pacto id ais? An ignoras quod idem hōes, dociles,
memores, ingeniosi, acuti non sunt, ac et fortes, atq; mā-
gnanimi, ut moderatē, tranquillē, constanter viuant?
Tales siquidē viri acuminis ipsius feruore quocunq; conti-
gerit, proferuntur, stabilitatis oīs & grauitatis exper-
tes. Vera loqueris. Habitus autē ipsi aītorum stabiles, et
à leuitate penitus alieni, quorum in grauitate maximē
confidendū, ut potē qui in bello intrepidi sunt, ut in his
immobiles sunt, ita ad disciplinas tardiores & hebetes.
Torpent siquidem atq; oscitant, quoties eis est contēplati-
oni inuigilandū. Est ut dicis. Nos autē in superioribus
principem oportere diximus, vtrorūq; optima rōne partici-
pemi esse. Alioquin nō esse illi supremam disciplinā exhi-
bendam, neq; honores magistratūq; impertiendos. Re-
cte. Nōne rarō hoc euenturū existimas? Rarō admodū.
Examinare igitur futuri principis oportet ingenium in
his quae supra diximus, laboribus, timoribus, voluptati-
bus. Addimus praeterea, quod supra dimisimus, ope-
rere videlicet illud in disciplinis plurimis exercere: ut pa-
teat nunquid maximē ipsius doctrina percipiēda sit com-
pos, an deficiat potius, quemadmodū qui in alijs operibus
trepidat, atq; deficiunt. Ita certē inuestigare decet. Ve-
rum quā maximam doctrinam vocas? Meministi puto
cum tres in aīa species posuissemus, quid iustitia esset, tē-
perantia, fortitudo, sapientia, nos definientes, inuicem
conuenisse? Si non recordarer, haud dignus essem qui re-
liqua abs te audirē. An & illud memoria tenes, quod
antē hac dictum fuit? Quādam? Diximus certe am-
pliori quodam alio orationis circuitu exactius ea posse co-
gnosci: verūm cōmodius esse, ut demonstrationes supe-
rioribus magis consentaneas induceremus. Quid & vos
sufficere respondistis. Atq; ita tunc ea pingui Minerva,
ut mihi visum est, tractata sunt. Sin autem placet vo-

bis, ipsi hoc dicite. At satis mediocriterq; dictū & mi-
hi, & alijs est visum. Sed in his rebus, o amice, modus
quācumq; veritatis partē omiserit, immoderate fit. n. n.
deficiens illius est mensura. quanquā nōnullū quandoq;
videtur sufficienter statim esse tractatū, neq; longiora in-
quisitione opus esse. Permultū id propter secundam acci-
dit. Vitium hoc à custode ciuitatū & legum esse debet
alienissimum. Consentaneum. Ergo amplior quidem a-
mici hinc agendus circuitus, neq; breuior discendo, quam
exeritando impendenda est opera: alioquin, ut paulo an-
tē diximus, ad summa penitusq; necessaria doctrina fi-
nem nunquam perueniet. An haec maxima non sunt?
Estq; aliud insuper iustitia, & ceteris quae narrauimus
excellētius? Nempe praestantius. Et horū quidem ipsa-
rum nequaquā decet adūbrationem quandam qualē nunc,
aspicere: sed absolutam rōnem comprehendere. An non
ridiculum. i. in rebus minimis omne studium ponere, &
obnixē contendere, quo quā diligentissime, & sinceris-
sime peragantur: in maximis autē leuē operam satis es-
se putare? Ridiculū prorsus. At. n. putas aliquē quie-
turū, nisi abs te nunc exquirat, quae nam disciplina il-
la sit, quam maximam vocas, & circa quid versetur?
Non equidem. Sed & ipse interroga, quanquā se pen-
nerō te arbitror audiuisse. Nunc autē, vel non aduertis,
vel potius interurbare me tuis scrupulis cogitas quod ego
potius arbitror. Nam saepe audisti boni ideam esse maxi-
mam disciplinā. Quae quidem & iusta, & alia si. Ut an-
tur, vtilia, & conducibilia sunt. Atq; hoc sermō dicere
me velle scitō, & istud praeterea, quod ipsam non suffi-
cienter agnoscimus. Sin verò ipsam nescimus, & sine i-
psa alia quā maximē nouerimus, scitō nullam ex alijs no-
bis vtilitate fore: sicut neq; prodesset nobis quicquā, quod
sine bono possideremus. An maius quid esse putas, sine pos-
sessione boni alia oīa possidere, quam sine boni ipsius &
pulchri intelligentia, cetera intelligere? Nō certe. Plu-
ribus verò bonum voluptas videtur, elegantioribus sa-
pientia. Proculdubio. Quinetiam & hoc nosti, quod qui
sapientiam bonum existimant, si interrogentur, quae nā
potissimum sapiā, declarare nequeunt, sed coguntur tan-
dem boni sapientiam dicere. Quam ridicula responsio.
Cur non ridicula videatur, si cum nos vituperent quod
ignoremus bonū, de bono rursus nobiscū tanquā intelligen-
tibus illud loquantur? Aiunt. n. bonum esse, sapiā bo-
ni, quasi nouerimus, quid ipsi dicant cū boni nomen pro-
nunciant. Vera loqueris. Qui verò bonum voluptatē
esse definiunt, nūquid minus errant quā ceteri? Nōne
& isti coguntur fateri voluptates esse malas? Valde.
Eadem igitur & bona esse, & mala, fateri coguntur.
An non? Planē. Nōne constat plurimas circa hoc, &
maximas ambiguitates consurgere? Constat. Nōne &
hoc perspicuū? quod q̄ iusta, & honesta videntur, et si nō
sint, multi eligerent agere, possidereq;, & videre homi-
nibus hac habere: nemo autē satis habere se putat si qua
bona duntaxat videtur possideat, sed q̄ reuera bona sint,
oēs quarunt, opinionem verò in his quisq; contemni? Et
maximē quidem. Bonum quidem aīa omnis expetit, e-
iusq; gratia agit oīa, augurans esse aliquid: dubitat ta-
men, neq; sufficienter quid sit comprehendere pot., neq; fidei
stabili inherere, quali videtur circa alia: atq; idcirco et in
alijs fallitur, cū qd utile sit, iudicare pergit. An circa id

Idea pra-
stantia &
utilitas in
cognoscen-
dis rebus.

ind. coll. 1.
ib. 1. 1. 1.

cum tale sit ac tantum, similiter cecos esse debere dicemus illos quos, præstantissimos in ciuitate viros, quibus vniuersa committimus? Minime omnium. Reor equidem, eum qui nesciat, ut nunc ferè accidit, qua ratione iusta & honesta, bona sunt, haud multi faciendum sanè custodè seipsum exhibere posse. Auguror autè neminè ipsa prius quam bonum sufficienter cognosciturum. Scitè augurari, Perfectè igitur disposita nobis erit Res. si custos horum peritus eam reget. Ita necesse est. Verum tu, o Socrates, utrum bonum ipsum dicis esse scientiam, vel voluptatem, vel aliquid aliud præter hæc? Tandem comperitum habeo Adimante tibi non satis fore, si scias aliorum retulero. Haud decere mihi videtur, o Socrates, opinionones aliorum referre posse, suam verò nequaquam, hominem præsertim tandem in his versatū. An decere putas, ut de ijs qua quis ignorat, quasi sciens loquatur? Nullo modo quasi sciens, sed ut quasi ex opinione proferens quæ sentit. An nescis opinionones omnes absque scientia turpes esse, quarum qua optimæ, cæcæ sunt? an eos qui absque intelligentia verum aliquid opinantur, differre ab illis existimas, qui licet cæci sint, recto tamen tramite gradiuntur? Nichilo. Vis ergo turpia contemplari cæcæ, & obliqua, cum liceat ex alijs perspicua pulchraque audire? Age per Iouem Socrates, ne desistas, cum ad calcem ferè peruenieris. Sufficiet enim nobis, si quemadmodum de iustitia temperantiaque & alijs tractauisti, ita quoque de bono tractaueris. Tibi quoque, o amice, valde sufficiet. At vereor ne vires deficiant, atque ego supra vires ausus, ineptior appaream, risumque audientibus moueam. Ceterum, o Viri felices, quid ipsum bonum sit in præsentia dimittamus. Est enim ut mihi videtur, præsentè supra contemplatione. Quis autè appareat boni ipsius filius, quisque similitudo eius sit, si vobis placet, dicam: sin minus, dimittam. Dic age, patrem verò postea declarabis. Vellè equidem, ut & ipse explicare possem, & vos percipere, non solum boni partem ut nunc, sed ipsum bonum. Hunc ergo ad præsens partem boni ipsius filiumque accipite. Cauete tamen, ne inscius ipse vos decipiam, vanam reddens de filio rationem. Cauebitis id pro viribus. Dic modo. Dicam equidem, si prius repetamus inuicè confirmemusque, quæ supra memorata sunt, & alias sæpenumerò dicta. Quæ nam? Multa quidem pulchra, & multa bona, & singula similiter esse dicimus, & oratione distinguimus. Dicimus perfectò. At qui & ipsum pulchrum, & ipsum bonum inducimus, ac similitè in omnibus, qua ut plura ponebamus, unum rursus ponimus secundum ideam unam cuiusque, tanquam una sit, & quod unumquodque est, appellamus. Vera hæc sunt. Et hæc quidem videri dicimus, non autè intelligi: ideas autè intelligi, non videri. Sic est omnino. Quæ potentia est multis quas habemus, qua patent oculis cernimus? Visu. Nonne & auditu qua audiuntur, & alijs sensibus omnia qua sentiuntur? Quidam? Nunquid aduertisti quam perfectum sensum autem vim fabricauit ad id quod videre, & id quod videri dicimus? Non satis. Sic autè considera. Est ne auditui, atque voci alio genere opus ad hoc, ut ille quidem audiat, hæc audiatur? Quo tertio absente, ille non audiet, ista non audiatur. Nequaquam. Arbitror equidem, neque alijs multis, ne dicam nulli, tali quodam opus esse. An tu tale aliquam vim reperis? Minime. An non aduertis visum ipsius & eius quod visui subiaceret vim, tali aliquo

Quæstio de bono difficilissima.

Filius boni hoc est sol.

De medio inter sensum & sensibile.

indigere? Quo pacto? Præsentè oculis visum, ipsiusque ad spectandum directis, præsentè itè colore, nisi adsit & genus tertium propriè ad hoc natura aptum, neque visum videbit quicquam, neque videri colores poterunt. Quidam id esse dicis? Quod tu lumen vocas. Vera loqueris. Perfectò visibilis ipsius vis, & videntis potentia, iugo quodam aliorum omnium coniugationum maxime honorando iuncta sunt, non exigua quadam specie, si modo contemnendum non est lumen. Longè abest, ut contemnendum sit. Quem potissimum deorum celestium huius causam putas, cuius lumen efficit, ut & visus noster quam optime cernat, & oculi obiecta cernantur? Quæ tu putas & alij. Nempe de sole interrogas. Ita verò ad hunc Deum se visus habet. Quis? Visus sol non est, neque oculus cui inest visus, sol est. Non certe. Sed ex omnibus sensuum organibus id maxime solis particeps. Multum sanè. Nonne & vim quam habet, ex sole infusam seruat? Prorsus. Quinetiam sol visus non est. Causa verò ipsius est, ab eo proficitur. Sic plane. Hinc me vocare boni filium dicito, quem ipsum bonum in hac seculum genuit comparatione consimile: ut quemadmodum ipsum in loco intelligibili ad intellectum, & ea quæ intelliguntur, se habet, sic & iste in loco visibili ad visum se habeat, & ad ea quæ videntur. Quo pacto? Latius explicata. Oculi porro, quoties non ad ea vertuntur, quorum colores diurnus fulgor illuminat ostenditque, sed ad illa quæ æternis radijs attinguntur, cæcutiunt hallucinanturque, & propè cæci esse videntur, ac si purus in illis visus non insit. Sic accidit. Quoties verò ad ea quæ sol illustrat, perspicue cernunt, ipsædemque ipsi in oculis esse visus apparent. Est ita. Sic & de aëre cogita. Quando enim in aëre in quo veritas & ipsum ens emicat, intelligi illud cognosciturque, & intellectum habere videtur. Sed cum ad id spectat, quod tenebris est permixtum, quod videlicet generat atque corrumpitur, eius obtunditur acies, opiniononesque versatarias, ac mentis experts esse videtur. Sic apparet. Illud igitur quod veritatem illis, quæ intelliguntur præbet, & intelligenti vim ad intelligendum porrigit, boni ideam esse dicito, scientiæ & veritatis, quæ per intellectum percipitur, causam. Cui verò adeo pulchra duo hæc sint, cognitio scilicet ac veritas, si bonum ipsum aliud quam ista & pulchrum estimabis, rectè putabis. Et quemadmodum lumen ac visum solis speciem quandam habere existimare deest, solem verò ipsum esse, nequaquam: ita cognitionem & veritatem, boni ipsius speciem habere quidem aliquam, esse verò ipsum, minime. Augustior enim est ipsius boni maiestas. Decus narras inestimabile, si scientiam quidem & veritatem præbet ipsum, verum decore hæc superat. Neque enim voluptate ipsum esse dicis. Bona verba quæso. Atque ita planius eius imaginem contemplare. Quomodo? Solem quidem dicis, ut arbitror, ijs qua videtur non modo videnti præbere potentiam, verum etiam generationem, augmentum, nutritionem, cum ipse tamen generatio non sit. Quo enim pacto? Atque ita dicis bonum ijs qua cognoscuntur dare, non modo ut cognoscantur, sed esse insuper & essentiam elargiri, cum ipsum essentia non sit, sed supra essentiam, dignitate ipsam & potentia superas. Aedepol mitabilis hic excessus. Huius certè tu causa es, qui me compulisti ad ea qua mihi de hoc viderentur aperienda. Neque dum cetera desistas, sed absolue præcipue solis comparationem, siquid est

est pratermissum. Atqui multa pratermittuntur. Ne minimum quid omittas. Reor equidem multa praterca superfore, verumtamen quotcumq; ad presens referri poterunt, haud fronte dimittam. Ita precor. Cogita duo hac esse, & vnu quidem in genere locog; intelligibili regnare, alteru inuisibili, ne sub caelo, inquiens, videar te circa nomē decipere. Atamen species duas habes, visibile scilicet & ipm intelligibile. Habeo equidem. Perinde ac si accepteris lineā in duas aequales sectam portiones, & vtrang; rursus partem simili rōne diuiseris: ita nūc oblatū tibi genus vnum visibile, intelligibile alterum, in duobus secundū claritatem et obscuritatem utriusque distingue. In genere quippe visibile portio vna imagines continet. Voco aut imagines, primum vmbrae. Deinde simulacra qua in aquis apparent, & qua in corporibus dehis, lenibus, tersis ac lucidis, & omne quodcumq; tale, fetenes. Teneo. Portio verò altera comprehendet ea quoru ha similitudines quadam sunt, animalia videlicet qua apud nos sunt & plantae, & vniuersum fabricae genus. Sic pono. An vis praterca secundū verum et non verū dicere genus hoc distingui? Ut quēadmodū se habet quod opinione fingitur ad id quod scientia noscitur, ita simulacrum ad illud cuius est simile? Valde. Considera iterū intelligibilis sectionem. Quo pacto? Vnum quidē ipsius genus est quod inquirat animus hu ntes velut imaginibus qua prius diuisa sunt, compulsus ex suppositionibus nō ad principium, sed ad finem procedere. Alterum verò quod excogitat animus, ex suppositione procedens ad principium non suppositum, nec imaginibus vtens quibus ad genus alterum vti solemus, sed in ipsis speciebus per ipsas progrediens. Haud satis qua dicit intelligo. At n. facilius per hac intelliges. Arbitror te non latere, quod qui circa geometriā et arithmetica et ceteris generis eius versantur, supponunt quidē par & impar & figuras ac tres species angulorū, et horum similia in argumentationibus singulis, et his positis tanquā cuiuslibet manifestis, rationē de his nullā exigendam putant. Atq; hinc incipientes ad alia iā descendunt, et ad illud tandē perueniunt quod quaerant. Prorsus id noui. Enimvero & illud nosti, quod & supradictis speciebus vtuntur, deq; illis verba faciunt: tanquā non ad eas mentē dirigūt, sed ad illa potius quoru ista simulacra sunt, ad quadrangulū ipsum videlicet, ipsumq; diametru, non ad ea qua scribunt. Et in alijs eodem modo speciebus quidē hīc qua describunt figuratq;, quarum et vmbrae sunt, & in aquis imagines, tanquam imaginibus quibusdam vtuntur, affectantes illa conspiciere, qua non aliter quā cogitatione percipiuntur. Vera loqueris. Hanc generis intelligibilis speciem supra dicebam, ad cuius inuestigationem cogitatum suppositionibus vti, ad principium non eunte, vt potē qui supra suppositiones ascendere nequeat, vt aturq; imaginibus his q; ex inferioribus sunt ad superiorū similitudinem cōparata, atq; ita opinione concepta distinctaq; sunt, quasi ad illa perspicue conferant. Intelligo equidē dici abs te quod in geometria & alijs eius germanis artibus fieri solet. Alterā intelligibilis partem ad illud referre me scito, quod ipsa ratio per demonstrandi facultatem attingit, dum suppositiones non pro principijs habet, sed reuera pro suppositionibus accipit, tanquā gradibus quibusdam et admodum utens, quousque ad illud quod non supponitur, ad princi-

pium videlicet veniens vniuersi ipsum attingat, & rursus adhaereat illis qua principio haerent, atq; ita ad finem vsq; perueniat, nullo prorsus sensibili vtens, sed ipsis speciebus, per ipsas, atq; ad ipsas progrediens. Intelligo tandem, tanquam minime sufficienter, vt cuperem. Videris. n. mihi magnum opus proponere. Moliris quidem disserere, partem illam verē existentis & intelligibilis generis, qua per demonstrationis scientiam speculamur, illa esse clariorem quam ex illis scientijs, qua artes appellantur, inuestigamus. In quibus pro principijs suppositiones habentur, & qui ista considerant, cogitatione coguntur non sensibus intueri. Quoniam verò ad principium non ascendunt, sed ex suppositionibus indagant, intellectum circa hac habere tibi nequaquam videntur, licet cū principio intelligibilia sint. Videris aut mihi geometricarū & similiarū rerū habitum cogitationem potius appellare quam intellectum, quasi cogitatio inter opinionem & intellectum medium teneat. Sufficienter admodum percipisti. Atque ad has quattuor proportionales, quattuor itidem animi affectiones accipe. Intelligentiam quidem ad supremum ipsum, ad secundum cogitationem, ad tertium fidem, ad postremum verò a simulationem siue imaginationem. Hac praterca inuicem altera ratione proportio nis ordina, vt ita hac claritatem participant, quemadmodum illa circa qua sunt, veritatem. Intelligo equidem, & quod dicis admitto, & vt iubes ita dispono.

DIALOGVS
SEPTIMVS DE
IVSTO,
MARSILII FICINI
ARGVMENT.



APIENTES diuino ingenio praediti omne mentis studium a terrenis ad caelestia, a mobili bus ad immobilia, ab his qua sentiuntur, ad illa qua superant sensum pro viribus conuertunt. Considerantesq; mundi machinam & vnam esse, & mirabiliter ordinatam, neque tamen ex seipsa posse consistere, cum ex diuersis componatur atque mutetur, merito cognouerunt ab alio dependere: ab alio inquam vno, atque sapientissimo, qui & vnum consistat opus ex multis, & id vnum vbiq; ordinet sapienter, regat praterca & potenter, opus videlicet ingens atque multiplex, motu quidem perpetuo, atque rapidissimo, non tamen aberrante reuolutum: ducat quoque benignissime singula ad bonum mirificatum communitate tum facilitate currentia. Quamobrem cōmuni quadam conceptione Deum esse pariter consenserunt, vnum vniuersi regem potentem & sapientem atque clementem: quem & terreni reges, rerumq; publicarum gubernatores pro viribus debeant imitari. Post communem hanc de Deo conceptionem gemina rursus via ad Deum ceperūt planius atque proprius proficisci: per alteram quidem negando, per alteram referendo. Nam illa quid ipsum bonum, id est, quid Deus non sit argumentantes, probauerunt neque esse quicquam ex his qua capiuntur sensibus, neque ex his qua mente comprehenduntur. In hac aut & creaturas ad creatorem, & vicissim creatorem referentes ad creaturas, excogitauerunt qua ratione & creator singula faciat atque perficiat, & creaturae ad ipsum sese vel habeant, vel imitari, vel consequi possint. Haec enim procedere philosophantis ingenium Plato noster & in Parmenide monstrat, & libro superiore confirmat. Quod Dionysius quoque Areopagita maxime comprobat. Procedere inquam hucusq; tum radio quodam ab initio menti semel infuso, tum accedente lumine diuinitus mentes assidue collustrante. At verò quid ipsum in se bonum sit, id est diuina substantia, quemadmodum & in Parmenide, & hic ostendit, nemo per eiusmodi vias assequi potest. solum verò per has illuc denique peruenire, vbi diuinitus bonum